

# STILVS CANCELLARIAE

FORMULARIO VISCONTEO-SFORZESCO

a cura di

ALFIO ROSARIO NATALE



PER I TIPI DELL'EDITORE DOTT. ANTONINO GIUFFRÈ  
MILANO \* MCMLXXIX

STILUS CANCELLARIAE

79.

<sup>f. 43</sup>  
Concessio pro ali-  
quo substituto

Dux Mediolani, etc. Concessimus, alias, nobili dilecto nostro Antonio de Raude quod sibi commissum officium potestarie terre nostre Mandelli<sup>65</sup> exerceri facere posset<sup>w</sup> mediante Johanne, fratre suo; nunc autem requisitionibus eiusdem Antonii annuentes, sicut exigunt fides et devotion erga nos sua continuo maior atque ferventior, concedimus sibi tenore presentium, quod, revocato dicto eius fratre, possit ad officium<sup>w</sup> ipsum, loco sui, deputare Johannem de Laude, virum ad id aptum et idoneum, de quo etiam nos plene confidimus, ipsoque mediante, quecunque agenda sunt in eodem<sup>x</sup> officio non aliter curare, perficere et terminare, quam si Antonius ipse continuo interesse et personaliter ageret; attribuentes etiam dicto Johanni proinde illam ipsam auctoritatem, potestatem, jurisdictionem et baliam, quam et prout habet idem Antonius, virtute litterarum nostrarum sibi pro dicto officio concessarum. In quorum etc.

80.

1440, aprile 1.

Milano. 15

Copia in ASMI: Archivio Ducale, *Registro Ducale*, n. 9 (CC alias II), ff 160-161.  
Edito in *Antiqua Ducum Mediolani Decreta* (Milano 1654), 334-36; P. BONDIOLI *Storia di Busto Arsizio* (Varese 1937) 399-400 (da Biblioteca Ambrosiana Pergamene, perg. n. 8969). Cfr. FERRARIO *Busto Arsizio - Notizie storico-statistiche* (Busto Arsizio 1864) 175, 256.

Pro ampliacione  
jurisdictionis

Dux Mediolani, etc. Pro parte Communis, burgensium et hominum burgi nostri Busti Arsicii<sup>66</sup>, quorum fidem et constantiam erga nos et Statum nostrum longa experientia cognovimus, nobis humilime supplicatum est, ut, pro evitandis laboribus et expensis, quas tam coram iudicentibus nostris Mediolani quam Officialibus nostris<sup>y</sup> Seprii et Bulgarie<sup>67</sup> in civilibus et criminalibus causis quotidie patiuntur, de gratia spetiali et de nostre plenitudine potestatis providere dignaremur<sup>z</sup>, quod ab huiusmodi laboribus et expensis aliqualiter respirare possint. Nos autem benigne eorum requisitionibus annuentes, harum serie, ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis ac omnibus modo, jure, via et forma, quibus melius et validius possumus, decernimus, statuimus et mandamus quod Plebs Olzate Olone ac omnes ville, terre, cassine et loca in ea existentes et existentia sint et esse debeant decetero supposita et subiecta jurisdictioni Potestatis, quem eisdem Communi, burgensibus et hominibus

v) In C. precede exerceri    w) In C. segue ipsum    x) In C. ipso    y) In C. manca.    z) In C. dignemur

65. Mandello ricorre più d'una volta: faceva parte del Distretto di Como: oltre alla <potestataria>, vera anche la <castellania>.

66. Busto Arsizio faceva parte del Distretto di Milano (BONDIOLI *Storia* cit. p. 141 ss.).

67. I confini della giurisdizione ampi in origine, furono sempre più ristretti. Nel periodo visconteo nel Seprio è presente il Capitano come maggior ufficiale ducale, e tale rimane nel periodo sforzesco.

dictorum Busti Arsicii et Plebis Olzate Oalone<sup>a</sup> de proximo dare intendimus,  
 et quod idem Potestas et successores sui in quibuscunque causis, questionibus,  
 littibus et controversiis, tam civilibus quam criminalibus, cuiusvis maneriei,  
 forme, quantitatis, summe ac valoris existant, cum mero et mixto imperio et  
 5 omnimoda gladii potestate, quod et quam eidem futuro Potestati nostro et  
 successoribus suis de eadem plenitudine potestatis nostre, tenore presentium  
 concedimus et tribuimus, vertentibus et que verti possent in futurum coram  
 eis, possint et debeant jura reddere, pronuntiare, determinare et in qualibet  
 10 quantitate pecunie et pena, tam pecuniaria quam corporali, usque ad ultimum  
 supplicium inclusive, condemnare, omnesque sententias, pronuntiationes et  
 condemnationes per eos<sup>b</sup> fiendas, pecuniarias et corporales, executioni man-  
 dare, servatis statutis et decretis nostris et Communis civitatis nostre Mediolani;  
 declarantes et decernentes quod nullus de dictis burgo Busti Arsicii et Plebe  
 15 Olzate Ollone<sup>c</sup> nostris possit, nec debeat extra dictum burgum Busti Arsicii,  
 nec coram alio Potestate, Judice vel Rectore in civilibus conveniri, citari, vocari,  
 compelli vel in litem<sup>d</sup> trahi, neque in criminalibus, nisi pro delictis duntaxat  
 extra dictum burgum Busti Arsicii et eius territorium et Plebem Olzate Ol-  
 lone<sup>e</sup> committendis et perpetrandis, sed coram dicto futuro Potestate nostro  
 20 et eius successoribus, tam in civilibus quam criminalibus, omnes lites et con-  
 troversie ac inquisitiones inter et contra ipsos homines burgi et Plebis predi-  
 torum fiende et suscitande, etiam si contractus sit alibi celebratus, terminentur  
 et diffiniantur, servata forma statutorum et decretorum, de quibus supra fit  
 mentio; revocantes et nullantes omnes et singulos processus, citationes, scrip-  
 25 turas et actus fiendos inter et contra ipsos homines dictorum burgi et Plebis  
 coram aliis Officialibus nostris, tanquam non habentibus jurisdictionem in  
 dictis burgo et Plebe, quem et quam immunem a jurisdictione omnium Offi-  
 cialium nostrorum, tam Mediolani quam Seprii et Bulgarie, presentium tenore  
 fore et esse decernimus; mandantes etiam Potestati, necnon Vicario et Duo-  
 30 decim provisionum ac Sindicis Communis civitatis nostre Mediolani, necnon  
 Capitaneo et aliis Officialibus nostris Seprii et Bulgarie, ceterisque omnibus  
 et singulis Officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quatenus se de  
 dictis burgo et Plebe nostris, tanquam in eis jurisdictionem non habentes pro  
 jure reddendo, tam in civilibus quam in criminalibus, non intromittant, di-  
 recte nec per indirectum, vel alio quovismodo, vel ingenio, presensque pri-  
 35 vilegium et omnia et singula in eo inserta ad litteram<sup>e</sup>, prout jacet, observent  
 et faciant firmiter et inviolabiliter observari, nichilque contra illud et eius te-  
 norem attentent, nec permittant quomodolibet attentari, sub indignationis no-  
 stre pena; et hec omnia, aliquibus statutis, decretis, legibus, litteris et ordina-  
 mentis nequaquam attentis, quibus, in quantum predictis obstarent, ex certa  
 40 scientia et de eadem plenitudine potestatis nostre, derogamus. In quorum etc.

a) In C. Ollone    b) In C. ipsos    c) Cosi in A. e in C.    d) In C. litem    e) In A. literam

STILUS CANCELLARIAE

vitate Cremonae in vicinia Sancti Pauli sitas, alias per ill.mos predecessores<sup>a</sup> nostros spectabili quondam militi d.no Gulielmo de Bivilaquis, avo ipsorum fratum, concessas et donatas, vendere et alienare possint, ut, mediantibus p- cuniis inde recuperandis, incumbentibus eisdem pluribus et diversis necessitatibus subveniant, harum serie ex certa scientia eorum requisitionibus annuentes, contentamur et placet nobis ac etiam eisdem fratribus licentiam impartimur quod domos ipsas, juxta libitum et cuicunque voluerint, meliusque videbitur, vendere possint et alienare et pretium earum in usum et<sup>b</sup> utilitatem ipsorum<sup>c</sup> libere convertere, absque quod per nos aut heredes vel successores nostros, ullo unquam tempore, quicquam proinde repeti eis possit vel opponi et instrumenta quelibet proinde confienda valeant et roboris firmitatem obtineant ac inconcussae serventur, tanquam de re propria vendita, et ac si bona ipsa, perpetuis temporibus, dictorum de Bivilaquis et predecessorum suorum propria extitissent; et hec omnia, non obstantibus aliquibus legibus, statutis, decretis, vel ordinibus, factis vel fiendis in contrarium, quibus in quantum huiusmodi licentie obviarent vel aliam formam darent, derogamus et derogatum esse voluntus et jubemus; mandantes Magistris Intratarum nostrarum, tam Ordinariorum quam Extraordiniarum, ceterisque Officialibus et subditis nostris, quantum has nostras licentie litteras firmiter observent et faciant inviolabiliter observari, non intentantes nec intentari facientes, aut permittentes quomodolibet contra eas. In quorum e t c.

143.

Habilitatio ad suc-  
cessionem bono-  
rum f 73v

Dux Mediolani, etc. Supplicarunt nobis Caterina, uxor Jacobi de Crivellis, et Helisabet<sup>d</sup>, uxor nobilis et sapientis juris utriusque doctoris d.ni Francisci de Miribiliis, sorores, et filie Francischini ex Comitibus Castri Seprii, ut cum Caterina de Putheobonello, relicta quondam Johannis de Astolfis<sup>129</sup>, avia sua, donationem eis fecerit de nonnullis bonis mobilibus et immobilibus, sitis in civitate nostra Papie et seu Districtu eiusdem eidem Caterine, vigore dotis sue ac jure successionis spectantibus, que minime assequi posse videntur, maxime quia dicte sorores non sunt cives nec oriunde ipsius civitatis Papie, eas habilitare dignemur, sic quod bona predicta<sup>e</sup> et quascunque alias proprietates, res et jura, tam jure donationis et successionis quam alio quovis titulo, acquirere, tenere et possidere valeant ac etiam contrahere, distrahere ac si earum predecessores cives fuissent et oriundi ipsius civitatis et ipse sorores orte essent

<sup>a)</sup> In C. progenitores    <sup>b)</sup> In C. ac    <sup>c)</sup> In C. eorum    <sup>d)</sup> In C. Helisabeth    <sup>e)</sup> In C. manca. 35

129. Atti relativi a Caterina Pozzobonelli, moglie di Giovanni Astolfi, figlio di Bovis, dell'anno 1396, nella cartella del Notaio Catenano de Cristianis (MANARESI: 31).

in dicta civitate, et gaudere etiam possint in acquirendo immobilia et jura, si-  
 cut posset quilibet alius civis et oriundus dicte civitatis Papie. Earum igitur re-  
 quisitionibus annuentes, tenore presentium, ex certa scientia et de nostre ple-  
 nitudine potestatis ac omnibus modo, jure, via et forma, quibus melius et va-  
 lidius possumus, predictas Caterinam et Helisabeth, sorores et utranque earum,  
 5 ad huiusmodi capienda donationem et ad quaslibet successiones habilitamus,  
 ita ut in omnibus bonis ipsis donatis et que per ipsam Caterinam eisdem relin-  
 qui contigerit et in omnibus juribus, proprietatibus et rebus succedere possint  
 10 et bona ipsa, res, proprietates et jura, tam jure donationis et successionis quam  
 alio quovis titulo, acquirere, tenere et possidere in integrum, ac si cives et  
 oriunde dicte civitatis extitissent, et pro ipsis contrahere et distrahere ac si pre-  
 decessores earum per retroacta tempora et ipse orte in dicta civitate fuissent;  
 15 quas sorores, in hoc casu, ad maiorem corroborationem, cives et de jurisdictione  
 ipsius civitatis facimus et creamus, ita ut illis gaudeant beneficiis, hono-  
 ribus, privilegiis et gratiis, quibus alii cives nostri dicte civitatis gaudent et gau-  
 dere posse dignoscuntur; decernentes insuper donationem utsupra factam et  
 predicta omnia valere et tenere ac roboris effectum sortiri, aliquibus decretis,  
 20 statutis aut ordinibus in contrarium disponentibus nequaquam obstantibus, qui-  
 bus in quantum predictis<sup>a</sup> obstarent aut aliam formam darent in hac parte  
 duntaxat ex certa scientia et de eadem potestate nostra, etiam absoluta, deroga-  
 gamus et derogatum esse volumus et jubemus, sine tamen prejudicio jurium  
 tertii, quibus per presentes nullatenus derogare intendimus nec tollimus, quin  
 25 possit uti jure suo; mandantes denique universis et singulis Officialibus et sub-  
 ditis nostris, ad quos spectat aut spectare quomodolibet possit, quatenus has  
 nostras habilitationis, civitatis et declarationis litteras firmiter observent et  
 faciant inviolabiliter observari pro quanto gratiam nostram caripendunt<sup>b</sup>. In  
 quorum etc.

## 144.

30 Dux Mediolani, etc. Ut complaceamus dilecto civi nostro papiensi Christo-  
 phoro ex Capitancis Villanterii<sup>130</sup>, maxime quod eum esse intelligimus vi-  
 rum bone conditionis et' talem, quem Comunitas laudensis contentari debeat  
 in numero suorum habere, harum serie, ex certa scientia et de nostre plenitu-  
 dine potestatis et omnibus modo, jure, via et forma, quibus melius possumus,  
 ipsum Christoforum, eiusque filios et descendentes ac descendantium descen-

<sup>f 74</sup>  
Littera civitatis  
simpliciter

35 g) In C. premissis      h) In C. manca da pro      i) In C. segue quod cancell.

130. È presente a Ferrara, nel 1428, come testimonio per il Duca di Milano nell'istrumento della pace del 19 aprile (VITTANI: II 822) con Aloisio de Vicecomitibus ed altri.